



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Geschichte der gefürsteten Reichs-Abtei Corvey und der Städte Corvey und Höxter**

**Wigand, Paul**

**Höxter, 1819**

Urkunden.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75661](#)

U r f u n d e n  
zur  
Corveyischen Geschichte.

---

E r s t e r B a n d .



I.

De libertate, emunitate et exemptione  
urbis Corbejae.

[e libro authent. document. Corb. Eccl. fol. 66.]

Dei gratia ecclesie corbejensis abbas totusque conven-  
tus ecclesie predicte ordinis S. Benedicti, Paderburnen-  
sis Dyocesis, presentibus recognoscimus sub appensione  
figillorum nostrorum publice protestantes, quod in no-  
va creatione et constitutione jurium municipalium in  
oppidis nostris infra ambitum urbis corbejensis servando-  
rum quosdam limites, ad exemptionem et emunitatem  
ecclesie nostre spectandos, predeputavimus in hunc  
modum, videlicet: Quod ab illa parte muri inter tur-  
rim, que dicitur Caynstorne, et domum, quam in-  
habitat Ketelhot, sic ab ista parte rivi, qui Grove  
dicitur, omne illud spatium, descendendo usque ad ci-  
miterium confratrum nostrorum, ad eandem emunita-  
tem spectare dinoscatur, et sic officina custodie cum area  
sua et horto in oppido sito situato, et ultrersus ab an-  
gulo muri hospitalis per circuitum grande cimiterium,  
quod dicitur Burkerkhof, usque ad valvam, que dicitur

des proventes dor omnes isti limites intra eandem debent computari. Ista revera quod inhabitantes eosdem limites oneribus curialibus, juribus, decimationibus, spiritualibus et temporalibus, et quibuslibet justiciariis non subdantur: praeter quod prior, prepositus et conventus, qui pro tempore fuerint, causas eorum destrin-gant, et utantur eis, sicut exemptis et liberatis. Pre-terea si prepositus vel yconimi monasterii molendinum super rivo grove infra menia urbis predicte pro commodo conventus construere decreverunt, hoc facere possunt, ubicunque et quandocunque videbitur eis op-portunum, contradictione cuiusvis non obstante. Item addicitur: Si portarius et hospitalis, vel alter eorum allodium pro commodo et necessitate officiorum suorum extra prescriptam emunitatem construerent, et familia eorum, in eisdem allodiis morantes, simili emunitate gauderent, et familiaribus dominorum de conventu, qui sunt de mensa et vestimentis eorundem. Denique si quis utriusque sexus ad commanendum in eisdem limitibus, per nos exceptis, se reciperet ad commorandum, is simili modo ab omni jure municipali et jurisdictione et angariis curialibus manere debet exceptus, irrefragabi-liter durature. Datum anno domini MCCCLVI, feria secunda ante festum ascensionis D. N. J. C.

---

II.

Jura Tremoniensis civitatis.

(ex autogr.)

Vor erinnerung.

Wir vermeinten (I. S. 261. Note 70.) diese Urkunde sey noch nicht gedruckt, müssen aber diese Angabe widerrufen, indem sie sich schon abgedruckt gefunden hat, in J. C. H. Dreyers, Nebenstunden (1768.). Es bedarf nicht der Aufführung der Gründe, warum sie hier noch einmal mitgetheilt wird; auch enthalten wir uns weitläufiger Vergleichungen, und weiterer Erörterungen, die wir auf eine andere Zeit versparen müssen. Nur das bemerken wir, daß die Urkunde bei Dreyer sehr fehlerhaft abgedruckt ist. Es sind Sätze ausgelassen, wodurch der Sinn entstellt wird, z. B. §. 3. nach „deliberare possunt“ fehlen die Worte: „ad 14 dies et dare sententiam.“ Von manchen andern Unzichtigkeiten führen wir als Beispiel an: §. 6. „infra 14 et ebdomatas duas;“ §. 16 „minitabundis fūt miniatur;“ §. 17. „si sanus est, torpe (?) statt corpore,“ §. 24. „non indebemus ire statt ire debemus.“ §. 31 steht: „sed tunc primus rem venalem, in eodem loco aliter etc.“ §. 25. „Familiam de gracia“ statt „degram.“

Was die Urkunde selbst betrifft, so ist sie aus einem alten Urkunden-Buche des Rathauses zu Dortmund

dem Herausgeber durch den Senator G. G. Beurshaus mitgetheilt worden. Der Eingang ist im Ganzen gleichförmig, nur mit folgenden abweichenden Stellen:

„Venerabilibus in Christo viris Dominis fratri Hinrico ordinis fratrum minorum Turonenſi Episcopo, fratri Annoni . . . universisque confratribus domus sancte Marie Teutonice in livonia.“

„Deo gratias non immerito referentes, cuius Clemencia operante et peregrinorum Teutonicorum et precipue domus vestre labore continuo mediante, quia multis periculis et effusione sui sanguinis ad hoc pro Dei amore alacres laborarunt, quod crudelitas et ecclesie gentilitium effrenata infidelitas jam dudum contraria per Curoniam et Sambyam, tam salubriter ab superstitione errore quievit et sese fidei beneficiis inclinavit. Cum igitur non modicum ymo magnum nobis hoc sit reputandum, quod opidum vestrum, quod nunc de novo apud Mimelborch per vos erexitur, iuribus nostris a Majestate etc. . . . et cum precipue novelle plantacioni vestre nomen nostre civitatis imposuistis et novam Tremoniā vocari feceritis, nobis pre aliis civitatibus tantam et specialem vicissitudinem ostendentes etc.

In den Statuten selbst finden sich mehrere spätere Verordnungen, die fast sämtlich wörtlich in dem Privileg Ludwigs des Bayer von 1332 (abgedruckt bei G.

G. Moser Reichsstädt. Handbuch I. S. 376) enthalten sind. Hoffmann (deutsches Ehrerecht, Zena 1789.) erzählt, daß er eine Handschrift dieser Statuten habe, die noch mehr enthalte, als die Dreyersche Ausgabe.

Wir stellen aus dem allen nachstehende Folgerungen auf: 1) Unsere Urkunde ist früher ausgefertigt als jene, wie aus den Zusätzen erhellet. 2) Das Privileg Ludwigs von 1332 bestätigte nur die Statuten; sie waren aber als Willküren schon früher vorhanden. Daraus, daß gerade diese neuen Statuten, welche unsere Urkunde nicht hat, vom Kaiser bestätigt wurden, folgt, daß die Stadt Dortmund, wie sie auch selbst erwähnt, schon frühere Privilegien über sämtliche Statuten unserer Urkunde hatte, weil sie sonst das Ganze würde haben bestätigen lassen. Es beweist dies auch die Urkunde Otto's von 962. 3) Auch die Dreyersche Ausgabe ist Zeuge des eben behaupteten Alterthums. Denn wenn gleich der historische Zusammenhang der Urkunde nicht ganz klar wird, so kann doch die neue Anpflanzung nicht wohl wie Beurhaus meint, Dörpt (Dorpat, Torbatum) seyn, weil Mimelborch, wobei sie errichtet wurde, auf keinen Fall in Liefland lag, und weil Dörpt, schon 1030 von den Russen erobert und wieder verloren, doch lange vor Ankunft der Deutschen eine Stadt war. Was die Lage der neuen Stadt betrifft, so ist uns keine Spur eines Neudortmund (nova Tremonia) vorgekommen, da sie aber bei Mimelburg errichtet wurde, und dies ohne allen Zweifel in Klein-Lithauen, im als-

ten Schalauner-Lande lag, (Lucas Davids, Preussische Chronik, her. von Hennig, Königsberg, 1813 V. S. 10.) so folgt, daß auch in dieser Gegend die neue Ansage geschehen müste. Ob aber Memelburg mit Memel gleich ist (Röhebue, Preuß. Geschichte Riga 1808. II. 48.) möchte noch bezweifelt werden, da hier von einer Burg an der Memel die Rede zu seyn scheint, an welcher man sich ansiedelte; Memel aber um dieselbe Zeit Stadt wurde, und Lübecker Recht erhielt. Wäre aber die Stadt Memel wirklich gemeint, welche 1279 von deutschen Ordensrittern angelegt seyn soll, deren Schloß jedoch früher existirte, so möchte etwa das projektierte Neudortmund mit Memel zusammenfallen.

Was die angegebene Zeit, nämlich das Jahr 1275 anbelangt, so sezen wir auch hierin Bedenken; denn damals erhöhlten sich erst die deutschen Ritter wieder nach den großen erlittenen Niederlagen; der Hochmeister Hartmann von Heldrungen war in dieser Gegend im schweren Kampf mit den Sudauern, Schalauern und Madrauern. Das Jahr zuvor war der Landmeister Andreas von Westphalen in einer blutigen Schlacht gegen die Litthauer, Semigallen und Samantien erschlagen worden; und erst in diesem Jahre glückte es dem Walther von Nördeck die Semigallen wieder zu unterjochen. — Es war daher wohl schwerlich die Zeit, eine neue Stadt zu gründen. Dazu kommt, daß die meisten alten Städte dieser Gegend schon existirten, und neben der Culmschen Handfeste entweder

Magdeburger oder Lübecker Recht erhielten, wozu hauptsächlich der schon bestehende Hansebund beitrug, und beitragen mußte. Wenn nun gleich berühmte westphälische Ritter, welche im Preußischen fochten, (z. B. ein Schenkel von Bintheim) vielleicht die Annahme des Dortmunder Rechts bewirkten, so müssen wir doch in diesem Falle den Zeitpunkt früher, wenigstens vor die große Niederlage von 1260 setzen, und diese bewirkte es vielleicht gerade, daß die neue Umlage wieder zerstört, gehindert und vergessen wurde.

---

§. I. \*)

In nomine domini amen. Honorandis et discretis viris dilectis amicis suis dominis consulibus, nec non et universis burgensibus in Huxaria. Consules reliqui quoque cives Tremonienses. Sacri romani Imperii fideles, salutem et voluntariam sui obsequii in omnibus exhibitionem. Super eo quod ex relatu litterarum vestiarum et nuntiorum vestrorum ad aures nostras pervenit. universi ac singuli exultantibus animis congaudeamus. divine bonitati gratias non immerito referentes quod vos juribus nostris a majestate sacri imperii romani, et a diversis imperatoribus et regibus a tempore Karoli nobis gradatim indultis. gaudere ob reverentiam et majestatem ejusdem imperii decrevistis. nos vero vo-

---

\*) Zur bessern Uebersicht haben wir die Urkunde in Paragraphen eingeteilt.

luntati vestre in quantum possumus et quibuscumque sufficiimus. benigne affectibus vestris satisfacere cupientes. omnia jura imperialia nobis concessa ab ipso imperio et hactenus approbata vobis in praesenti pagina sub sigillo nostro transmittimus observanda. ut per ea pacis incrementum et rigor justitie qui quanto terribilis est perversis tanto desiderabilis est mansuetis. ut circa subjectos nobis populos perpetuo vigeat et tranquilitatem vivendi in omnibus terminis vestris tam pauperibus quam dicitibus eternaliter inducat.

§. 2. De judiciis. Judicem nostrum elegimus in hunc modum. non debet esse de familia majoris judicis nostri qui iudicium tenet in feudo a maiestate sacri imperii. nec officialis alicujus domini. nec persona suspecta concivis propterea debet esse habens hereditatem. ipse presidebit judicio per unum annum. quo elapsso. si bene se habuit. comparebit coram consilio cum eodem majore judice qui petet pro eo ut secundo anno ei liceat presidere. quod de gratia ei conceditur non de iure. et illo tempore \*). tertio anno. nequam permittitur judicare. —

§. 3. Cum aliqua causa coram iudicio nostro ventilatur. et ad sententiam hinc inde pervenitur definitivam. hec requirenda est a burgensibus. et illam ferent statim. si possunt aut volunt. quod si non. deliberare

---

\* ) scilicet transacto.

possunt ad 14 dies. et dare sententiam. si non tunc. iterum deliberant ad totidem dies. et ferre possunt. si non tunc. tercia vice deliberare possunt ad tot dies. et si inter burgenses movetur questio. quarta eis cedit deliberatio. hoc est 14 dies. et tunc tenentur dissimilam sententiam promulgare \*).

§. 4. Cum aliquis burgenis per preconem vocatur ad iudicium. si non comparet vadibabit iudici duos solidos. et si vocatus altera venire vice presumserit. et tunc vadibabit iudici duos solidos. tercia vice vocabitur adhibitis testibus. et si tunc venire noluerit. compellitur per ablata sibi pignora comparere.

§. 5. Judex noster in nullo loco judicio poterit presidere nisi tantum pro tribunali. nisi per sententiam sit precautum.

§. 6. Si aliquis civis movet alteri questionem super debitibus. confessus solvit debitum ad 14 dies. si non. vadibabit iudici duos solidos. et sic fiet ei duabus vicibus infra 4 ebdomadas. post hec vadibabit actori duos solidos. et tunc actor assumpto precone tollet pignus illius. et reservabit illud per sex ebdomadas et per tres dies. qui dri dwernacht teutonice nun-

---

\* ) Die Dreyersche Ausgabe setzt hinzu: „Sententiam super datum requirit index a quocunque vult.“ Hier fanden somit die Deliberationen nicht statt, wie in Civil-Sachen.

cupantur. quibus elapsis presentabit pignus memoratum coram judicio. et tunc de licentia judicis vendendi illud habet liberam potestatem si aliquid superecrescit restituat reo si aliquid deest petat plus pignoris. si vero reus dicit quod actori nihil teneatur. dextera manu sua juramenti sacramento. in momento se poterit expurgare. nisi actor per justitiam possit debitum approbare.

§. 7. Preco tantum de sexto dimidio denario \*) potest judicare.

§. 8. Si aliquis ponit questionem coram judicio contra alium de bonis mobilibus vel immobilibus. et offert probationem nec probare potest. vadiabit unam marciam majori judici pro defectu.

§. 9. De sanguinis effusione et manuum injectione. Si aliquis invadit alium violenta manu ledens eum gladio vel alio instrumento. quod vulgariter ecegthe Wapen dicitur. si deprehenditur in recenti facto habens instrumentum in manu. pari talione punitur. hoc est collum pro collo manum pro manu. si abierit nec deprehensus fuerit. duodecima manu se poterit expurgare.

§. 10. Si aliquis violenter alium infra muros nostros in via aut in taberna invaserit. et ad sanguinis

\*) Die D. A. hat „denarii“, welches wohl richtiger ist. Der S. hat die Überschrift: „De judicio preconis.“

effusionem eum percussit, vel vulnus incutaneum, quod teutonice bla Wonde dicitur. eidem infixerit, poterit eum ad arma proclamare. et super eo reus satisfaciet, consulibus judici et Ieso. si convinci potest cum duobus. tali pena pecuniaria punietur. dabit in murum opidi nostri, dimidiam marcam. de qua nequaquam eidem aliquid relaxatur. nec etiam pro ea ulla petitio porrigitur. deinde dabit consulibus duos solidos. judici duos solidos, et illi tres. quem percussit,

§. II. Si vero percussor est confrater majoris gylde nostre. unam vini superaddet burgensibus premenda.

§. 12. Si aliquis burgenfis noster aliquem concavem nostrum extra opidum nostrum in aliis terminis vicinis aut etiam longe remotis. eodem modo invaserit. et hoc per duos probare poterit. pene memorate subjacebit.

§. 13. De verborum impropriis et insultibus ex vehementia factis. Si aliquis burgenfis noster alteri impropereat vel obloquitur verbis turpibus et dishonestis. vocans eum canem aut assimilans eum cum caude. aut alteri membro canis. vel Hurrensuone vel Dytherensuone. vel furem. vel predonem. vel latronem. aut etiam traditorem. nisi \*) debito mo-

---

\*) Die D. N. hat si, welches den Sian verändern würde.

do posit eum vincere. etiam prefata pena punietur  
sicut pro sanguinis effusione;

**§. 14. De furtis et rapinis.** Si aliquis de-  
prehenditur infra muros nostros cum furto quod valet  
dimidium sertonem. suspenditur. si minoris valoris  
est. scopis punitur. ad buccas uritur et crines sui per  
medium caput suum forpice tonduntur. si furtum est  
alicujus burgensis nostri. tunc judex in eo nullam pe-  
nitus habet portionem. si ad extraneum pertinet. et si  
fur ad mortem damnatur. actor duas partes de furti-  
vis recipit. et judex de tertia parte ratione sui officii se-  
intromittit. de rapinis nihil dinoscitur ad judicem per-  
tinere.

**§. 15. De Monetis.** Quicunque tenet moneta-  
tam nostram a sacro imperio. non potest eam variare  
aut permutare. nisi mutata persona per mortem. que  
gubernabat imperium. aut ille qui tenet monetam. eidem  
imperio cum armis deserviat trans alpes. burgensis no-  
ster potest cambire sine statera et pondere. stans et non  
sedens. a moneta ad novem pedes. potest etiam cam-  
bire argentum. quantumcunque necesse habet ad mer-  
candas suas. vel ad peregrinationes. sed si illud  
quocunque casu vendere voluerit infra opidum nostrum  
monetario nostro ad emendum exhibebit. et illud tan-  
tum. quod infra opidum nostrum cambivit.

**§. 16. De minori jure nostro et pena il-  
lius.** Si aliquis burgensis noster stans vel sedens in

aliquo loco minatur pomposis verbis alteri burgenſi noſtro audientibus duobus viris idoneis concivibus nostris. et minis preſtitis maium ei intulerit. et mine quas prius fecerat. que vulgo Vorsathe dicuntur. per testes qui audierant probari poterunt. reus ſolvet decem marcas. noſtre monete et ſex annas vini quod teutonice ein vuoder Wines nuncupatur. eadem pena punitur qui alium baculare praefumit.

§. 17. De Donationibus et Legationibus. si aliquis aegrotat ad mortem. quod teutonice in ſire virſogt dicitur. nihil potest dare vel alicui aſſignare. ſive in mobilibus. ſive in immobilibus. ſive in ſeſe moventibus. niſi de conſensu heredum. ſi etiam unus ſanuſ eſt corpore non potest vendere vel alienare hereditatem ſuam ſine conſensu heredum. nec dare paratos denarios aut promittere. niſi illos in mo- mento det de manu ſua. et ſe ab illis amplius ex- eludat.

§. 18. Item ubi duo conjuget ſunt. et alter eo- rum viam universe carnis ingreditur. ſuperstes ſi ha- dent pueros. relinquet illis medietatem omnium bono- rum ſuorum. reliquam partem potest dare ſi matrimo- nium contraxerit ſecundum legitime contrahenti.

§. 19. Ubieunque contractus legitimus fit coram viris. qui brutmanni dicuntur. ſi poſtea de matri- monio illo. aliqua fit diſſenſio. illa reformari debet per

duos tantum de viris predictis qui prestito juramento  
veritatem enarrabunt.

§. 20. De mensuris et librīs. Omnes men-  
sure in funiculis pannorum tam laneorum quam lineo-  
rum in mensuris frumenti. in cyphis. in crateris sunt in  
potestate consilii. Pistorēs dum excedunt in pane suo  
emendent consilio et non judici \*).

§. 21. Si iudex aliquam mulierem que braxat ce-  
reviam incusare voluerit. non potest facere sine con-  
sulibus. et si mulier illa voluerit se expurgare potest fa-  
cere \*\*). si non. vadibit quatuor solidos duos consu-  
libus et duos judici Tremoniensis monete.

§. 22. Omnes sententie de quibus dubitatur re-  
quirende sunt apud nos de omnibus civitatibus teutoni-  
cis que sunt in Romano Imperio ex ista parte alpium.  
in hunc modum. Civitas illa ubi talis sententia dubita-  
tiva vertitur. et super illa ad nos Tremoniam appellata-  
tur. in scripto debet ad nos transmittere sententiam il-  
lam ut ipsam diffinitivam feramus. super qua si volu-  
mus deliberare possumus ad quatuordecim dies. et si  
non invenerimus. iterum deliberamus ad 14 dies. quod  
si illam plene non decrevimus tertia vice deliberamus  
ad 14 dies. et illam tunc diffinitive ita feremus. prout  
coram imperio profiteri merito debeamus.

---

\* ) Die D. M. lässt das „non“ weg.

\*\*) Die D. M. setzt hinzu: „sine consulibus.“

comitis. patris scilicet et filii ejusdem nominis muniri fecimus. cujus rei testes sunt huius. Bodo et Bertholdus fratres. de Homburch. item Bertholdus et Bodo filii Bodonis de Homburch. Albertus de Rethen. Wastmodus marscalcus. Luidolfus Dapifer. item Luidolfus junior Dapifer. Erembertus camerarius. Arnoldus pincerna. Helmigius et Reinherus de porta. Hereboldus de rimbike. Karolus de Nienkirken. Heinricus de Liutmarsen. Thidericus de Helen. Thidericus de Derspe. Brunge-  
rus de Helen. Werenholdus. Conradus de rane. et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis domini MCXCVII. inductione XV. anno prelationis nostre VIII.  
In nomine Dei feliciter. Amen.

(Sign.)

---

VI.

De villa Haversforde.

---

(e libro auth. doc. fol. 19.)

---

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Conra-  
dus Dei gratia Corbejensis Ecclesie Abbas, omnibus  
successoribus suis in perpetuum. Cum ex injuncto no-  
bis officio diligenter nos invigilare deceat studio, ut  
unicuique officio deputata integra permaneant, quat-

Cory. Gesch. ar Th.

(15)

nus ita in disciplinis spiritualibus proficiat, et tale in rebus temporalibus sentiant incrementum, ut non vituperetur ministerium nostrum, verum cum jam memoriam nostram in benedictione apud fratres nostros jupiter permanere summo optamus desiderio: Notum esse volumus universis Ecclesie nostre fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod quodam Brunone, Ecclesie nostre ministeriali, viam universe carnis ingresso, qui curiam in Haversforde in commissione Jure Sculteti cum tractatu et consensu dilecti fratri nostri Henrici tunc prioris et custodis acceperat, et Bernardus ejusdem Brunonis filius commissionem predicte Curie multis precibus item cum tractatu et consensu prememorati fratri nostri Henrici Prioris et Custodis obtineret. ipse Prior Henricus petiit, ut privilegio a nobis dato precaveretur, ne id futuris temporibus in prejudicium juris Custodis fieret, quod eadem curia a tot militibus administraretur, quia hoc genus hominum rare suis contentum est, sed semper plus sibi commissis usurpare solet. Herenfridus enim pater prememorati Brunonis primus in genere militari ipsam curiam administraverat, cum antea semper a villanis administraretur. Nos itaque consideratis religiosam ejus petitionem et plenam dilectionis circa beatum vitum simulque intuitu ipsius patroni nostri, cuius altaris bona ut pupillam oculi tueri oportet, recognoscimus, statuimus atque decernimus, omnem villicationem in Haversforde cum omnibus rebus, appendiciis et termi-

nis suis et cum omnibus ad se pertinentibus, item domibus cunctisque edificiis, terris, pratis, silvis, campis, aquis aquarumque decursibus, cultis locis et incultis, sub potestate custodis esse libere. ita ut penes ipsum sit cum omnibus utilitatibus ville, scilicet locatio ville, locatio curie, locatio mansorum, hereditas defunctorum, census litonum, despunctiones puellarum, que vulgariter Beddemund vocantur, utilitas etiam silve adjacentis, que vulgariter Sundere dicitur, utpote ad eandem villam pertinentis, custodis est, licet nos aliquando porcos in ea impignavimus, quod tamen cum bonivoltia ipsius custodis fecimus. Debet etiam idem custos, quotiescumque opus fuerit, cum litonibus sententiorare de utilitatibus et inutilitatibus, quod eadem villa ab omni Jurisdictione advocati absoluta est. Patet igitur ex precedentibus, villum curie super litones nullam habere potestatem, nec aliquam exactionem in petitionibus de eis facere sed tantum de curia sibi commissa persolvere; cetera omnia ut diximus in dispositione custodis constare. Ne forte ergo alicui successori nostro super hoc pio facto malignandi relinquetur occasio, vel tempore aliquo fraudulentio componi possit exceptio, presentem inde paginam conscribi et sigili nostri impressione communiri fecimus, monentes sub attestatione divini nominis, ut hec nostra recognitio et constitutio rata et inconclusa per omnia tempora permaneat. Testes hii sunt: Henricus Prior. Albertus Prepositus. Meinhardus no-

ster Camerarius. Metfridus Camerarius fratrum et tota Congregatio Ecclesie. De laicis Henricus de Lutmar- sen. Erinbertus. item Erinbertus. Conradus. Holvi- eus. Wernerus frater ejus. Conradus alii plures. Actum Corbeje Anno incarnationis Domini MCLXXVI. Indictione VIII sexto Kalendas Junii. Anno ejus XVI, Domini Conradi Abbatis.

---

VII.

Concambium inter Meingotum Merseburgen-  
sem Episcopum et Erkenbertum Corbeien-  
sem Abbatem,

---

(ex aut.)

---

In nomine sancte et individue Trinitatis notum fieri volumus tam presentis quam futuri evi fidelibus concambium quod ego Meingotus gratia dei Merseburgensis ecclesie episcopus et venerabilis abbas corbeiensis coenobii Erkenbertus juxta consilium et commoditatem utriusque loci fecimus. In vicino quippe tres mansus prefatus abbas nobis tradidit, unum in Borkesthorpe duos in Diderstidi, pro quibus preedium quoddam inculatum et penitus desertum loco tamen suo contiguum videlicet Sidashusun accepit. Quod idcirco . . . . . quia servitium dei illic initiare dispositus et

§. 23. \*) Ad mandatum domini nostri. nec aliquis principis. milites ad bellandum in oppidum nostrum recipimus. nec recipere debemus nec cogi possumus.

§. 24. Item ad mandatum domini nostri. nec aliquis domini terre ire debemus in aliquam expeditiōnem. sed tantum ad tuendum nos. possumus si volūmus ascendere muros nostros et propugnacula nostra.

§. 25. De clamore ad arma. De duellis et de judicio liberorum. Nullus poterit nos evocare ab eppido nostro per proclamationem ad arma factam. nec proscribere. nec impetrare per duellum infra terminos sacri imperii. Item nullus debet a nobis requirere aliqua telonia sive in terra sive in aquis infra terminos sacri imperii. Item illud jus liberorum quod teutonice Vryedyng dicitur. non intrat muros nostros super cives nostros de jure. et eorum nuncios et familiam degram.

§. 26. Cum aliquis debet pugnare duellum apud nos jure nostro Westvaliensi talis debet esse apparatus suus cum aggreditur pugnam. unicolorem habebit tunicam. pertinosos crines in modum clerici. precisas caligas funder Vuor juerte\*\*) cirotecas cervinas in manibus. gladium unum in manu. et alium cingutum

\*) Die D. A. hat die Ueberschrift: „De mandatis.“

\*\*) Die D. A. hat „sunder voer Vote.“ (?) Eis ne genauere Prüfung der undeutlichen Schrifzüge läßt uns vuor juorte (Borgurt) lesen, wel-

ad latus. scutum rotundum. Cingulum et bracale sine  
ferreis bnculis. et absque camisia pugnabit.

§. 27. De libertate oppidi nostri. Civitas nostra integraliter sita est in fundo sacri imperii. unde unusquisque possidet fundum et aream suam libere. absque omni pensione et tributo. Nemo potest legare vel etiam dare ecclesiis vel claustris aliquam hereditatem vel aliqua bona immobilia infra muros nostros jacentia. vel in campo nostro in agris. pratis. molendinis. pascuis. vel piscuis vel piscariis. existentia. Denarios potest dare si vult. et quot vult.

§. 29. Si tegerit aliquis alium ex impetu animi sui vel tenuerit. vel rapuerit eum per vestem suam. quod teutonice mit hesten muode dicitur. punietur tanquam pro sanguinis effusione.

§. 30. Si aliquis burgensis stans in foro nostro vult emere aut recentes carnes aut recentes pisces debet dicere vendenti verte mihi piscem illum. vel verte mihi carnes illas. nequaquam debet tangere propriam manu sua. si tetigerit. et cum duobus qui viderunt convictus fuerit. absque omni contradictione solvet quatuor solidos.

§. 31. Si unus burgensis noster stans vult emere aliquam rem. alter non debet eum impedire vel sup-

---

dies einen bessern Sinn giebt. Vergl. Theil I. S. 285. Note 96.

plantare. exhibendo venditori plus quam ille exhibuit. sed cum primus emit rem illam venalem in eodem loco alter potest ei dicere volo habere medietatem istius rei empte et emptor debet hoc permittere. si alio modo impedit eum solvet quatuor solidos.

§. 32. \*) Si due mulieres rixantur ad invicem. perseciendo se vel verbis contumeliosis quod Verkorenē Wort teutonice dicuntur portabunt duos lapides per cathenam coherentes. qui ambo ponderabunt unum centenarium. quod teutonice dicitur eynen Cyatenerē per longitudinem civitatis in communi via. una primo portabit eos de orientali porta civitatis ad occidentalem portam. et alia stimulabit eam stimulo ferreo. fixo in baculo. et ambe ibunt in camisiis suis. alia tunc assumet eos in humeros suos et reportabit eos ad orientalem portam et prima e converso stimulabit eam.

§. 33. De Collecta. quicunque perjurus reperitur et collectam suam subtraxerit. consules de omnibus bonis suis se intromittunt. nec ammodo ydoneo viro se poterit comparare nec ad consulatum vel ad aliam dignitatem amplius admittitur. vel ad juramentum.

§. 34. Cum aliquis burgenfis noster captivatur. statim cum consules intelligunt eum esse captum vadunt ad domum suam. et accipiunt claves suas. et pre-

---

\*) Die D. A. giebt hier die Ueberschrift: „De lapidibus portandis.“

scriptis omnibus suis claudunt omnia et deferunt secum  
claves. et habent illas sub se quam diu volunt et resti-  
tuunt illas quando volunt, quia nemini burgensi licet  
se redimere, si se redimit omnia bona sua sunt in po-  
testate burgensium.

§. 35. Si aliquis hospes convenit aliquem burgen-  
sem coram judicio pro aliquibus bonis. si fatetur rens  
debitum solvet illud ante occasum solis. vel altera die  
quod dicitur over dwernacht. et ambo dabunt  
fidejussiones.

§. 36. \*) Item habemus quoddam jus quod dicitur  
dwernacht. quod incipit currere in craftino purifi-  
cationis beate virginis. et in craftino beati Swiberti  
exspirat et est tale jus. quod quicunque burgensis con-  
venit alium coram judicio pro aliquibus debitibus. si fa-  
tetur debitum debet illud immediate solvere proxima  
die ante occasum solis. et si non solverit vadibit judici  
duabus vicibus. et tertia vice actori. et debet accipi  
pignus suum. Item idem jus incipit currere in crafti-  
no annuntiationis beate virginis. et durat ad quatuor-  
decim dies. et tunc exspirat.

§. 37. \*\*) Item si quis percutit palum absque li-  
centia in strata regiam vadibit superiori judici sexa-

\*) Die D. A. giebt die Ueberschrift: „De judicio  
dicto Dwernacht.“

\*\*) Die D. A. giebt diesem § die Ueberschrift: „De  
palis.“

ginta solidos. et qui percutit palum in viam que vulgo dicitur jucweg vadibit quatuor solidas. judici duos, et civitati duos,

---

III.

Privilegium ab Ottone M. incolis villa<sup>e</sup>  
Corb. in Horohusun datum.

---

(ex autogr.)

---

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto di-  
vina favente clementia rex. Notum esse volumus om-  
nibus fidelibus nostris quod rogatu carae prolis nostra.  
Ottonis indulsimus incolis villa<sup>e</sup> quae dicitur horohu-  
sun et adjacens est urbi quae dicitur eresburg eo  
jure vivere et ipsa legitima habere per omnia quae  
throtmannici habent nec tamen ulli aliae potestati  
subjacere cum suis juris \*) ac legitimis nisi cui hac-  
tenus paruit rectoribus scilicet monasterii quod nova  
Corbeia vocatur ad honorem ac servitium beato-  
rum martyrum Stephani atque Viti. et ut hoc firmum  
sit et nulli post hec praevaricari liceat anuli nostri sigillo.

---

\*) Falke liest „viris“; Schaten emendirt das  
Wort durch „juribus“.

jussimus signari atque firmari manu nostra subtus signantes.

Signum . . . domini Ottonis serenissimi regis.

Liudulfus cancellarius ad vicem brunonis archicancellani recognovi et S. \*).

Data V. id. jun. anno incarnat. domini DCCCCLXII.  
indict. V. regni autem serenissimi Ottonis regis anno  
XXVII actum in suoſaz in dei nomine feliciter.  
Amen.

---

#### IV.

Traditiones quaedam antiquissimis temporibus  
ecclesiae Corb. factae.

---

(ex Cod. membr. sec. 12.)

---

Donatorum ideo memoriam annotamus, ut sine intermissione precum eis mercedem rependamus. — Liudewicus Imperator dedit pisationem in Wisera quae dicitur Huocwar. — Lotharius Imperator flavos qnos debellavit S. Vito donavit. — Heinricus Imperator pius cum uxore Mathilde dedit impensas auri, gemmarum ad prefaciendum altare S. Viti — Otto comes tradidit

---

\* ) Das Siegel existiert nicht mehr, findet sich aber in Kupfer gestochen bei Falke, l. c. T. I. n. 2.

Burstalli. — Thuring Comes Forste et Luithereffen. —  
Amulung Comes Biketop. — Hathuwig mater ejus  
Amulungeffen. — Esic Comes vineas in Kastinaca. —  
Bilidrud sua conjux Budinaveldan. — Ida secunda con-  
jux ejus Imminchusā et Helmenskethen. — Tinchradius  
sturmedi. — Ecbertus Medesdorp. — Arnulfus Impera-  
tor Lacheim. — Sifridus Dux Gruoninge. — Conra-  
dus Rex Kaminatam; item Sifridus Comes Sconlare;  
Walpurg Brudrike. — Marchodo Ercluon. — Bia Vol-  
keresson. — Rodegerus Comes Meingoteffen. — Wic-  
mannus Comes Dungon. — Hathuwig Comitissa Beve-  
runge. — Heremannus Mulenhusen. — Tiethart et  
Hathuwig Rimbike. — Uffed Stahle, AlbechtesSEN,  
Hegenhusen. — Folchart Lottun. — Ricelint Ittere  
Castrum. — Item Ludewicus Imperator Ecclesiam Eres-  
burg et Meppiam cum ecclesiis subjectis. — Lodewicus  
secundus Abbatiam in Vifbeke cum singulis baslicis ad  
ipsam spectantibus ac decimis. — Item tradidit heredi-  
tatem in Westerwolt cum Ecclesiis inibi existentibus,  
in proprietatem hujus Ecclesiae Corbejensis; item  
Aschendorp cum Ecclesiis sibi subjectis.

Magintillis Comitissa IV mansos in Dalenhuson to-  
tumque montem Haddenbruchi cum villa et omni jure,  
praediumque suum in Culmgen. — Amenungh Comes  
tradidit majorem partem villae et agrorum in Tidlixen  
et in Hestern. — Meginhard tradidit unum mansum in  
Helwerdeshusen et duas hopas in Firwerdinghusen. —  
Heroldus Comes tradidit Kathwinkel prope Drendel-  
borch.

V.

Dipl. Abb. Widikindi, quo bona quaedam ad  
dotem ecclesiae Kaminatensis pertinentia et  
alienata mediante Abbatे ei restituuntur.

(ex aut.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Widikindus  
dei gratia Corbeiensis Abbas. Notum esse volumen.  
tam presentis quam futuri evi industrie. quod dilectus  
frater noster Heinricus Kaminatensis prepositus. curtem  
quandam. VIII. mansorum in heigen cum attinentibus  
scilicet advocacia. et quod vulgo dicitur holtgras cap.  
que omnia dos ecclesie illius fuerant. et deo inibi  
servientes. longissimi temporis prescri-  
ptione. hec quiete possederant. sed a predecessoribus  
nostris alienata fuerant. a Gerungo de Arnevelde qui  
hec a comite Athelberto de Everstein. comes vero ab  
ecclesia nostra in feodo tenuit. LX. marcis argenti re-  
demit. et comiti ut hec fieri permitteret. II. marcas ar-  
genti dedit. et nos. VIII. talenta primum nobis vacan-  
tia. inbeneficiata tamen. exceptis bonis ministerialium  
ei concessimus. et ita iam dictus Gerungus. eadem bona  
comiti Athelberto. comes autem. una cum filio suo  
Athelberto. nobis resignavit. et nos ecclesie Kamina-  
tensi. libere disponenda remisimus. Et ut hec actio in  
posterum inconvulsa et inviolata permaneat presentem  
paginam conscribi. et sigillo nostro. et sigillo utriusque

quidquid majoris utilitatis ecclesie sue in loco fieri posse . . . . Hec autem traditio ad confirmationem concambii coram advocatis utriusque ecclesie. Reinoldo videlicet et Adalberone Mersburg facta et in presentia Domini Lotharii regis aliorumque principum. Ottone videlicet episcopo Halberstadsen. Bertoldo Hildenesheimense. Adelberto marchione aliorumque multorum Goslarie firmata est. quam nos quoque corroborantes litteris mandari et sigillis nostris signari jussimus. et ne quis post hac infringere presumat banni nostri interminatione sub anathemate Christi et ecclesie interdicimus.

Acta sunt hec anno Incarnationis Dominice MCXXVII. indict. V. anno regni Domini Lotharii regis II. ordinationis Domini episcopi Meingoti I. Domini Erkenberti Abbatis XX. coram his testibus ex parte Episcopi Reinhardus Abbas Eccienus Prepositus. Watherus Magister. Liudiger. Heremannus et Otto filii Milonis. Fridericus de Horeburg. Amulungus. Heinricus de Rotov. Wernerus. Becelinus. Berengerus. Regenherus. ex parte vero Domini Abbatis. Widikindus de Sualenberg. Conradus de Everstein. Volcanodus. Suicgerus. Widoldus. Gerbertus. Anno. Wago. Lenzego. Karolus.

( Sign. )

VIII.

Conradus de Kaminata duo mancipia Abbatii  
Corb. ea conditione resignat, ut ad capel-  
lam S. Dyonisii apud Kaminatam darentur.

(ex ant.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Wicboldus  
dei gratia Corbeiensis ecclesie abbas. omnibus presenti-  
bus ac futuris in perpetuum. Notificamus universis ec-  
clesie Christi fidelibus presentibus et futuris. qualiter  
ministerialis noster Cuonradus de Kaminata resignavit  
nobis duo mancipia. quorum hec sunt nomina. Fol-  
wen et Thieclwen. que habuerat a nobis in beneficio.  
pro quibus hoc a nobis efflagitavit. ut ea apud Kami-  
natam ad capellam sancti Dyonisii ad jus censualium  
altaris daremus. Ejus petitioni libenter annuentes. eas-  
dem prenominatas feminas censuales altaris beati Dyo-  
nisii in supradicta capella fecimus. ita videlicet. ut  
per singulos annos ad idem altare dnos denarios. vel  
tantumdem cere persolvant. ac tam ipse quam omnis  
posteritas earum sub lege censualium absque ullius con-  
tradictione de cetero teneantur. atque cum aliquis ex  
eis obierit. quicunque ejusdem altaris provisor fuerit.  
optimum animal defuncti. vel si animalia non habuit.  
optimam vestem illius accipiat. proximus vero heres  
reliquam hereditatem tollat. si autem herede caruerit.

tota hereditas ipsius ad altare pertineat. Volumus autem ut tam ipse quam postere earum. ac omnes ad summum monasterium pertinentes. sicuti duos persolvunt denarios. ita nubentes duos persolvant solidos. quemadmodum apud nos consuetudo est. Ut autem hec nostra donatio tam ecclesie. quam supradictis censualibus rata et inviolabilis in posterum permaneat. eartam hanc in testimonium facte rei conferibi ac testibus annotatis sigillo nostro signari fecimus. Hi autem testes affuerunt. Reinhardus prepositus Kaminatenensis ac omnes fratres ejusdem ecclesie. Ministeriales vero Helpradius et Thiedericus frater ejus. Bruno. Bernhardus de Draspe. Heinricus ejusdem provisor ecclie et alii multi.

---

IX.

Traditio praedii cuiusdam Hospitali in  
Groninge.

---

(e lib. anth. doc. Corb. eccl. Fol. 48.)

In nomine sancte et individue Trinitatis Wicboldus dei gratia Corb. ecclesie Abbas omnibus successoribus suis in perpetuum. Si indigentias pauperum de nostra habundantia supplere curamus. et fiduciam magnam nobis coram summo deo per Elemosinam constitimus. et

exemplum nunc posteris nostris relinquimus: Proinde noverit omnium fidelium Corbeiensis ecclesie presentium et futurorum industria, quod nos intuitu divine retributionis partem quandam silve, quam juxta Groningam habuimus, cum a quibusdam laicis, ut eam in beneficio a nobis acciperent, multum rogaremur, pro remedio anime nostre et pro salute omnium successorum nostrorum, abbatum videlicet Corbejenis monasterii, idem nemus quod habuimus in silva, que vocatur Hakel ad obedientiam Hospitalis in Groninga ex petitione fratrum nostrorum Corbejenium tradidimus, maxime insistente nobis eo, qui hanc obedientiam tunc temporis servabat, fratre Ruthardo, ut hanc Elemosinam perficeremus. Eiusdem ergo terre traditione facta ad Hospitale in Groninga, omnes successores nostros per tremendam judicii dei futuram discussionem obtestamur, ne eandem Elemosinam de eodem Hospitali ullo unquam tempore auferant vel imminuant, sed eam pro eterne vite retributione ibidem jugiter conservare studeant. Ut autem hec nostra traditio per omnia futura tempora Hospitali de Groninga rata et inconclusa permaneat, factam a nobis traditionem per has literas posteris nostris significavimus. In testimonium donationis firmamentum sigillo nostro signari precepimus. Hui tum testes de ministerialibus affuerunt Conradus de Atmelung, Reinherus de porta, Godeschalcus, Heuriacus de Luthmarsen, Everhardus, Godeschalcus pincerna Heithenricus, Lutherus, Alwinus filius ejus Folcwinus

Wernherus frater ejus. Burchardus. Gerwinus frater  
ejus Robertus Regenbodo Widele et alii plures. Acta  
Corbeje anno dominice incarnationis MCLV praeationis  
autem Domini Wicboldi in Corbeje ecclesie 14 idus fe-  
bruarii intra capitulum et horam sextam in Christo fe-  
liciter. Amen.

---

X.

De Servitio Litonum:

---

(e·chart. membr.)

---

Universis Christi fidelibus. presentia visuris seu audituris.  
Nos Hermannus Abbas. Prior. Prepositus totusque conven-  
tus ecclesie Corbeiensis salutem. et cognoscere rei scripte  
veritatem. Noveritis quod ex antiquo jure. et appro-  
bata consuetudine. hoc apud nos. et circa scultetos no-  
stros ac eorum villicationibus adherentes. scilicet litones.  
qui Howelinge vulgariter nuncupantur. debet inviolabili-  
ter observari. quod ipsi sculteti. quicunque fuerint.  
nobis et ecclesie nostre. ad solutionem consuete pen-  
sionis fideliter tenebuntur. deinde si idem litones no-  
bis. et dictis scultetis. ex parte nostra. occasione  
agrorum. quos colunt. ad honesta et consueta  
servitia obligati videntur. ita sane. quod non vio-  
lentia servitutis importune opprimantur. sed semel

nobis et eis. estatis. et secundo hyemalis tempore.  
cum familia. qua ad ipsos venerimus. ad recipien-  
dum et procurandum nos utique tenebuntur. ut dicti  
sculteti ad solutionem pensionis uberius sufficient. a  
prefatis litonibus curruum et aratrorum suorum servi-  
tia poterunt interdum requirere moderata. et nequa-  
quam a nobis. et ecclesia nostra ipsos vendere pote-  
runt. seu alienare. nec eorum servitute ad libitum  
suum abuti. vel suos quomodolibet proprios arbitrari.  
In cuius rei testimonium. robur perpetuum. et mu-  
nimen. presens instrumentum conscribi fecimus. et  
nostro sigillo ex certa nostra conscientia. firmiter jus-  
simus roborari. Datum Anno Domini MCCXXV. ipso  
die Valentini Martyris.

---

XI.

**Donatio beato Aegidio infirmariae Corbeieni.  
Patrono facta.**

---

(ex aut.)

---

**I**n nomine sancte et individue Trinitatis Widikindus.  
dei gratia. Corbeensis Abbas bene gesta in tempore.  
ne labantur. cum tempore. lingua testium et scriptu-  
re testimonio solent perennari. ut omnis calumpnia et  
litis occasio tollatur successori. Quapropter notum sit

universis ecclesie nostre fidelibus. quod tempore no-  
stre praelationis fratres quidam libere condicioneis. Al-  
bertus Heremannus de Berdeffen. quandam sue pro-  
prietatis virum . . . . .  
ab omni ditione juris sui manumiserunt. procurante  
id et agente. fratre nostro Alberto infirmarie domus  
nostre provisore. Quorum cooperatione idem Wernhe-  
rus in jus censualis beato Egidio infirmarie nostre ca-  
pelle patrono se sponte optulit. ea condicione. ut fin-  
gulis annis duos denarios vel tantundem cere persol-  
vat ad ipsius altare. eo vero defuncto sine herede.  
omnia ad altare deferantur sin autem optimum caput  
vel vestis. Ne quis ergo hec infringere presumat.  
hujus actionis seriem. sigillo nostro munitam testi-  
bus subtus annotatis roborari fecimus. testes hi  
fuere. Reinherus Prior. Conradus Prepositus. Johan-  
nes . . . . . Conventus. Bertholdus . .  
Wastmodus Marscallus. Luidolfus Dapifer. item Lu-  
derus Dapifer. Bertramus de Stamme. Henricus de  
Luitmersen. Helwinus Reinherus. Arnoldus fratres  
de porta. Luidolfus Widilo. Et alii quam plures.  
Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini MCXCVIII.  
Indictione XIII. Anno praelationis nostre VIII.

## XII.

Fridericus Archiepiscopus Colonensis decimas Corb. in Episcopatu suo confirmat,

(e lib. auth. doc.)

**I**n nomine sancte et individue Trinitatis. Notum fieri volumus tam presentis quam futuri evi fidelibus. Quod venerabilis Abbas Corbeiensis Erkenbertus pro infestatione quorundam contra se et monasterium suum noviter exorta patrocinium nostrum adiit, orans ut privilegium ei pro confirmandis decimis, que monasterio ipius de dominicatis mansis in episcopatu nostro ab antiquis temporibus solvuntur, concederemus juxta consensum et subscriptionem Williberti Archiepiscopi Coloniensis, ac decem et novem Episcorum, qui in sinodo tempore Arnulfi Imperatoris convenerant, et juxta concessionem omnium successorum ejus. Cujus rationabili petitioni ego Fridericus Dei gratia Coloniensis Archiepiscopus tam pium quam justum assensum exhibens hoc ei nostre autoritatis Cirographum tam ad innovanda quam roboranda priorum auctoratum Instituta fieri precepi, in quo non solum subscriptio nem prenominati Archiepiscopi ceterorumque Episcorum in Sinodo predicta congregatorum, sed etiam omnium antecessorum meorum concessionem ratam esse decrevi, recognoscendo et permittendo ecclesie ipsius

decimas, quas in Episcopatu Colonensi ante tempora nostra possedit, precipue quas Lachem dominicali suo vel in reno, vel in aliis dominicatis mansis tenuisse dinoscitur, de quibus injustam et insolitam contradictionem adversum se moveri querebantur. Cui authoritatis nostre decreto, ut amplior fides et reverentia exhibeat, et ipsorum, quibus traditur, defensioni magis astipuletur, tam sigilli nostri impressione, quam Banni nostri tremenda animadversione irrefragile robur addidimus. Sancimus enim et decernimus in virtute et in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, et ex authoritate beatissimi Petri Apostolorum principis, ut presens testamentum omnibus seculis immutabile et inconvulsum permaneat, violatores ejus Anathematis et eterne maledictionis districione, nisi resipuerint, ferentes. Conservatoribus vero et defensoribus ejus perpetue remunerationis spem certam promittentes. Actum est hoc in celebri Curia et Conventu Goslarie confirmatum anno singulari nativitatis MCXX Indictione VI. Imperante Henrico Quinto Romanorum Imperatore Augusto, Presidente sedi Apostolice Domino Calixto, anno nostri Archiepiscopatus nono decimo, Corbejensis Ecclesie currum aurigante Erkenberto reverendissimo Abate, feliciter.

## Einige Zusäge.

### I.

Zu Theil I. S. 236. Die Urkunde von 1115 erwähnt schon ausdrücklich der Brücke; es heißt darin: „in foro quod adjacet ponti in hugseli.“

Zu Theil I. S. 70. Falke theilt in seiner Abhandlung von der Hermannsburg und der Irmensäule (Hannov. gel. Anzeigen S. 1752 und Ernesti Miscell. S. 227.) folgende Stelle aus der alten Corvenschen Chronik ad a. 827 mit: „Haec (seil. capella) est Areburg, quam Carolus obsidionis fraude cepit atque destruto idolo irmin devastavit.“

### 3.

Zu Theil II. S. 9. Die Worte der allegirten Urkunde: „in presentia regis aliorumque Principum.“ zeigen, daß der Kaiser nur der Erste unter den Principes, nämlich im Stande primus inter Pares war. Deshalb konnte, wiewohl Ebenbürtigkeit zum Zweikampf gehörte, ein Ritter selbst den Kaiser fordern. So war Kaiser

Heinrich IV. bereit, auf Veranlassung Rudolfs, Herzogs in Schwaben, mit einem gewissen Reginger, welcher behauptete, der Kaiser habe ihn bestellt, den Herzog zu morden, den Zweikampf einzugehn. Es wurde aber vermittelt, daß sein treuer und tapferer Liebling, Ulrich von Rosheim für ihn kämpfen sollte. Doch starb Reginger kurz vor dem Zweikampf. Vergl. Lamb. Schaffn. ad a. 1073.

4.

Theil II. S. 52 wurde Reinold von Dassel als Kirchenvogt genannt. Eine in einem Pergamen = Codex aufgefondene Urkunde beweist, daß auch dessen Bruder Adolf in Verhältnissen mit Corvey stand, und sich verschiedene Unmaßungen erlaubte. Sie ist ohne Datum und lautet: „F. dei gratia romanorum imperator et semper augustus. adolfo de dasle. Ex querimonia fidelium nostrorum Corb. fratum cognovimus. quod tu bona eorum in Silehusen. ad prebendam ipsorum pertinentia invadas. et eis auferas. que ipsi ex sinodali sententia a fratre tuo. qui eos etiam in eisdem bonis. gravavit optinuerunt. Hos itaque nullam injuriam aut gravamen. ab aliquo eis inferri volentes. mandamus tibi. sub optentu gratie nostre precipientes. quatinus ab hac infestacione. de cetero manum abstineas. et ablata eis ita integraliter restituas. ne dein-

ceps super hoc querimonia ad nostre magnitudinis ex-  
cellentiam perveniat. Alioquin gravamen nostre seve-  
ritatis senties."

Diese Urkunde modifiziert auch die S. 43 aufges-  
telle Behauptung, daß Corvey nie Beschwerden über  
seine Wügte gehabt habe.

---

Ende des zweiten Theils.

---